

separatum a confinibus sue possessionis, sub pena decem libr. par. pro quolibet, et nichilominus destruatur; et si querela ad dominium pervenerit, mittantur extimatores comunis, ut supra dictum est, sine strepitu iudicii.

Cap. LXXXIII. De conductu alicuius extranei 5
in civitatem Tergesti. Et de dantibus au-
xilium alicui suo propinquo vel amico.

173 B **V**olumus quod nullus civium nostrorum, postquam mo-
nitus fuerit per dominium, // asociet vel conducat ali-
quem extranum civitatis Tergesti, quem sciretur esse inimi- 10
cum vel culpabilem alicuius nostri civis, nec ipsum iuvel vel
defendat, sub pena vigintiquinque libr. par. pro quolibet et
vice qualibet contrafacta. ¶ Insuper nulla persona civis vel
habitatrix Tergesti audeat ire extra civitatem Tergesti in au-
xilium alicuius sui propinqui vel amici forensis, cum armis 15
vel sine armis, in defendendo vel offendendo aliquem qui of-
fensionem fecerit illi tali propinquo vel amico, in auxilium
cuius fuerit, et hoc sub pena quinquaginta libr. par. pro
quolibet et qualibet vice contrafacta. ¶ Insuper volumus et
ordinamus quod, si aliquis homo forensis veniret Tergestum, 20
non exercens aliquam artem nec sciens artem aliquam, et
esset vilis condicionis et esset suspectus, quomodocunque li-
centietur et licentiarum debeat per dominium de civitate Ter-
gesti, et etiam per quemlibet alium bonum hominem, et post-
quam fuerit licentiatus non sit ausus stare in civitate Ter- 25
gesti, sub pena sibi inposita.

Cap. LXXXV. De assansinis sodomitis et pro-
ditoribus.

Cristi mandato statuentes discernimus quod, si potestas
vel vicarius loco potestatis, qui pro tempore fuerit in 30
civitate Tergesti, habuerit procedere contra aliquem asansi-
num sodomitam vel proditorem alicuius civitatis vel loci,
ante condemnationem talis persone debeat et teneatur pre-